

ri fidem , justè jubebit , non obstante , qvod
fides interne cogi non possit. Sufficit enim ,
qvod litibus & hæresibus , disseminandis hac ra-
tione repagulum opponatur aut exitus fiat. *Con-*
tra Libertinos , Syncretistas , Chiliaстas , Weigeli-
anos , qvibus Arminiani & Photiniani hâc in par-
te vestigia presserunt , qvi omnes pro Tyranni-
co & Antichristiano hoc habent , & unicuique
libertatem sentiendi & externè profitendi relin-
qvendam esse putant.

THESIS III.

Symbola provincialia jam olim in usu fuerunt
apud Afros , Gallos , Romanos , Ephesios ,
Chalcedonenses , Constantinopolitanos , Sar-
dicenses , &c. Quæ pro diversitate exsurgentia-
um Schismaticorum atque Hæreticorum , diver-
sis etiam , iisdemque paucioribus interdum , plu-
ribusve doctrinis oppositis constiterunt , ad quas
formulas non solum in qvâvis provinciâ ii , qvi
relicta hæresi in gremium Ecclesiæ recipi volebant ,
examinabantur , sed etiam doctores , sua asser-
ta , & decisiones controversiarum , eò dirige-
bant. Nec attendebatur quod , sicuti Conciliorum ,
ita

A 3